dicens

...nis; Dne ihu. ne statuas
...peccatū quia nesciunt quid faciunt;
Am dico uobis.· uenient haec omīa sup genera
tione istā; Si quē mouet. quomodo haec
omīa sup generatione unā uenire dicantur.
cū nec abel nec zachariā ipsi occiderint.·
intellegat quia auctoritas sacre scripture
g duas generationes con memorare bonorū
scilicet & malorū; De bonis legimus; Gene
ratio rectorum benedicetur; Et iterum.
Haec .ē. generatio querentiū dnm.· querentiū
faciem dī iacob; De malis uero; Generatio
praua & puersa; Et iterū; Generatio que
non direxit cor suū.· & gens absq; consilio et
sine prudentia; Vnde & dns in euuangelio ait;
Generatio praua & adultera.· signū querit;
Omīs ġ psecutores fidelium. a primo cain. usque
ad ultimū qui uenturus .ē. in una generatione
con putantur.· qm̄ & si diuisi sunt tempore. uni
sunt mala uoluntate; Similit̄ & illi qui p bona
opa generationi rectorū adherent.· in futuro
premiū cū eis accipient; Hierlm hierlm que
occidis pphetas.· & lapidas eos qui ad te missi
sunt; Quotiens uolui congregare filios tuos.·
quē ad modū gallina congregat pullos suos
sub alas suas & noluisti; Cū dns ad hierlm lo
quitur.· non ad saxa t edificia putandus .ē.
loqui.· sed magis ad ipsos homines. ut
p inhabitatā habitantes homines intellegas;
Quos patrio planxit affectu.· quia eorū interitū
cito p sciebat .eē. uenturū.· iuxta qd̄ alibi
legimus. qm̄ cū uidisset ihs ciuitatē fleuit
sup illā dicens; Quia si cognouisses & tu;
Cū autē adiunxit. que occidis pphetas. & la
pidas eos qui ad te missi sunt.· ostendit p̄teritas
tēporibus pphetas ad salutē eius dē popli esse
missos; Queritur autē quomodo dns dicat.

7

quotiens uolui congregare filios tuos quem
ad modū gallina congregat pullos suos sub alas
& noluisti.· cū alibi scriptū sit omīa quecūq;
uoluit dns fecit in celo & in terra. in mari & in omīb;
abyssis; Qui enī omīa que uult facit. quomodo
filios hierlm congregare uoluit. & non con
gregauit.· Ad qd̄ dicendū quia omps dś
hominū seruitia n̄ uult habere coacta sed
spontanea & uoluntaria; ut inueniat unū
bona uoluntate quod remuneret ex sua gra
tuita largitate; Et ideo pius & omps dś. qui
n̄ uult mortē peccatoris sed ut conuertatur
& uiuat.· non pp terea reliquid filios hierlm
quia congregare non potuit.· sed quia illa illo
uolente spontaneā seruitutē exhibere noluit;
Quod ū ait. quotiens uolui congregare filios
tuos.· tale .ē. ac si diceret; Ego uolui.· sed tu
noluisti; Ego qd̄ meū .ē. feci.· sed tu qd̄ tuū
erat non fecisti; Ego p tua salute ad te pro
phetas misi.· sed tu eos interfecisti; Ego ad te
ipse ueni.· & tu me recipere noluisti; Vult
enī dś omīs homines saluos fieri.· & tam̄ non
omīs saluentur. quia in duritia cordis in peni
tentes pseuerant; Nec absque consideratione
p̄tereundū .ē. qd̄ dns galline se con parauit.
cū filios hierlm congregare se uelle dixit.
Gallina enī simplex & mitissima .ē. auis.
que dū pullos fouet ac nutrit.· plumas ae
rigit. & totā se ispidā reddit.· alas deponit.
uocē attenuat.· & totā se infirmā exhibet.
ut pullos fortiores reddat; Bestiolis quoq;
& auib; insidiantibus.· p salute pullorum.
usque ad mortē p pullis se opponit; Iuxta
ergo hanc similitudinē dns galline se conpa
rauit.· quia ut nos de infirmis firmos faceret.·
& deterrenis ad celestia subleuaret.· quasi
infirmus exhibuit se infirmū. quando de celis

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.12, 7r – Passiones et Homiliae sanctorum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vfyk/5161/49413)